



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

25. S. Ludovicus Rex

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Ap.
ius lau-
Bonum
erenica-
retinea-
ec ver-
um af-
eras ex-
oro de-
iter lu-
io ani-
trarum

XXV. Augusti. S. Ludovici Reg. Gal. 501

accusando, & per octo dies actum sal-
tem unum specialem exercendo vel in
abnegatione appetitum, vel in afflictio-
ne sensuum. Interim oremus *Lytani-*
as majores de omnibus Sanctis. Nostra
offendit inconstantia, quotquot Sancto-
rum in se complectitur cœlum.

Festum S. Ludovici Galliæ Regis.

EXHORTATIUNCULA I.

Grande Regis Nomen in opinione
hominum ! Sed sublimior honor,
scire se, & suas passiones, atque con-
cupiscentias potenter regere. *Quid*
enim tam regium (interrogat S. Leo)
quam subditum Deo animum corporis
sui esse rectorem. Talis Rector fuit S.
Ludovicus, qui in mediis Aulæ deliciis
vixit Deo, & sibi præsentissimus. Ta-
lia mirantur carnales.

Instructio meritoria.

Nos potius imitemur ! Occasiones
non desunt, modò nos non desimus
fervori, & fortitudini. Ne excedamus
tempore recreationis, aut corporalis
solatii,

502 XXV. Augusti. S. Ludovici Reg. Gal.
solatii, examen particulare indispensa-
biliter præmittamus, & in eo con-
trahimere laxitatem, aut superfluitatem
strenuè nos obarmemus, tria, vel plura
reflexè statuendo opera heroica v.g.
temperantiae, gravitatis, & modestie,
ac internæ recollectionis. Oratio dabit
emphasim. In descensu igitur ad locum
recreationis recitemus *quinq[ue] Pater & Ave*, & Cordi Jesu ardentes
nostram Conversationem commendemus
hac tessera: *Noli timere, Iesu
tecum!*

II.

Unique locus patet virtuti, etiam sub
toga Regia. Quis sub Rege tanto
rigores, cilicia, flagellationes, vigiles
& jejunia expectasset? Et in his omnibus
strenuè suum exercuit corpus S. Lu-
dovicus idque ad ruborem nostrum
qui utut statu, & conditionis inferio-
ris, tamen mollia, & delicata quan-
tus.

Instructio meritoria.

Nulla jam nos transeat septimana, in
qua non una, vel altera die (qualis est
possit)



g. Gal. XXV. Augusti. S. Ludovici Reg. Gal. 503

posset dies Mercurii, Veneris, & Sabba-
thi) opus quoddam assumamus S. au-
steritatis. Ni corpus h̄ic prematur, at-
que humilietur, erit, quæ serverius hu-
miliet, implacabilis Dei manus in pur-
gatorio. Pro animabus, verò inter
flamas sudantibus, eò quòd fugerint
fortè exercitia corporalis macerationis,
hodie visitemus cœmeterium, & ibi
aut dolorosum S. Rosarium, aut offici-
um minus de animabus defunctorum,
aut vigilias mortuorum persolvamus,
audituri quandam non sine animæ sola-
tio: *Captivus fui, & visitasti me.*

III.

O Quanta in S. Ludovico pietas!
qualis Barbarorum convertendo-
rum ardor, & desiderium? Quæ heroi-
na ergà Christi inimicos fortitudo, &
constantia? Profectò regiam exuit Ma-
jestatem, ut indueret Christianam pro
Nomine Jesu servitutem. Fili dilecte!
nisi soli Deo servierimus: quid prode-
rit corona? quid sceptra? quid pom-
pa mundi universa? Rapiet omnia mors
violentia. O si vel titulus servi Dei re-
mane-

504 XXV. Augusti. S. Ludovici Reg. Gal.
manceret in manibus nostris! O felix di-
scessio!

Instructio meritaria.

Quæ autem servorum Dei firma pro-
batio? Vita Christiana, eaque per to-
tam diem ordinatissima. *A Deo* per in-
tentionem generalem inchoemus dien-
In Deo per strenua pietatis, & puritatis
opera v. g. multivarias preces, sacrificia,
aliisque charitatis erga Deum, & prox-
imum studia continuemus; denique
cum Deo finiamus per accuratam an-
sionnum conscientiae discussionem, &
plenariam nostram in Divinam, volunta-
tem, & manum resignationem. Ore-
giam servitutem! Ut in hac & vivere, &
mori liceat, ad sanctissimum S. Altari
Sacramentum extraordianariam visita-
tionem instituamus per quadrantem in-
tegrum, subjungendo in honorem ro-
tius ætatis Christi Jesu 34. Ave cum qua-
tuor *Credo*. Servus quærat Domi-
num.

Festum

